Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



317

emendabuntur. sed tamen futuri sunt. In emendatione quidam salui;
Futurum. ē. quidam quia emendatio nominata. ē. sic tamen quasi per ignem;
futuri autem quidam quia arguentur. & non emendabuntur; Namque:
arguit eos quibus dicit. esuriui. & non dedistis mihi manducare. situi
& non potastis me. & cetera. Quae cibi prosequens quandam inhumanitatem
& sterilitatem increpitat malis ad sinistrem constitutis quib; dicit;
Ite in ignem aeternum qui p̄ paratus. ē. diabulo & angelis eius; haec iste
grauiore formidans exceptis tantum cuius malis plangit & gemit rogat
& dicit; Domine ne in indignatione tua arguas me; Non sim inter illos
quib; dicturus. ē. Ite in ignem aeternum qui p̄ paratus. ē. diabulo & ange
lis eius; Neq: in ira tua emendas me; ut in hac uita purges me. & tale
me reddas. cui iam emendatorio igne non opus sit. p̄ ter illos qui salui
erunt. sic tamen quasi per ignem; Quare nisi quia hic ædificant sup
fundamentum ligna. fenum. stipulam; Ædificare autem. aurum
argentum lapides pretiosus. & deuitare q: igne securi essent. non solum de illo
aeterno qui in aeternum cruciaturus. ē. impios. sed etiam de illo quie
mendabit eos. qui per ignem saluerunt; Dicitur enim ipse autem
saluus erit sic tamen quasi per ignem; & quia dicitur saluus erit.
contemnitur ille ignis; Ita plane quamuis salui per ignem. grauior
tamen erit ille ignis. quam quic quid potest homo pati in hac uita;
Et nostis quanta hic passi sunt mali & possint pati. tamen tanta passi sunt.
quanta potuerunt pati & boni; Quid enim quisq: maleficus latro
adulter scelestus sacrilegus per ultimi legib; quod non pertulit martir
In confessione xpi; Ita ergo quae hic sunt. multo facilioria sunt; &
tamen uide quemadmodum ea homines ne patiantur. quid quidius
seris faciunt; quanto melius faciunt quod iubet ds. Ne illa grauiora
patiantur; Quare autem potest iste ne indignatione arguatur. neq:
in ira emendetur tamquam dicens ds. qm̄ iam ista quae patior mul
q. ta magna sunt. quae sunt sufficiant; Et incipit ille numerare
exma satis faciens ds. offerens illa quae patitur. ne pelora patiatur;
ecclesia Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi & confirmasti
sic tamen fi super me manum tuam; Non est sanitas in carne
sum mus in cor meae a uultu irae tuae; Iam haec dicebat quae hic pa
apostolo dice tiebatur. & tamen hoc iam de ire dni. quia & de uin
dicit hoc apo dicta dni; De quam uindicta quam excipit de adam;